fortis *alterum (sed minus bonum); videtur intellegi signum Fortunae.* — 2) *Cf. N. 4368. Signum memphiticum est factum ex lapide Memphite, quem inter marmoris genera recenset Plin. h. n. 36, 56. Fortasse in colendis numinibus Aegyptiacis marmore uti ex Aegypto adlato religionis erat (Momms.).*

4368 A. Ravius | Hilarus | sacerdos | Isidis regi|nae, mega|lephor.[1], si|gillu mem|phiticu[2] *(sic)* cum | columella | d. d.

Romae (Eph. epigr. 4, 875 vidi). — 1) *Apud Hesychium (vol. 1 p. 407, 52 ed. Schmidt) legitur, ut monuit Lumbroso (Eph. l. c.), βυσσοφαρεῖ· μεγαλοφαρεῖ.* — 2) *Cf. ad eam quae praecedit.*

4369 P. Cornelius P. f. | Victorinus, | Isiacus et Anubiacus, | et decurialis scriba | librarius col. Ost.[1], | signum Martis cum | equiliolo Isidi | reginae restitutrici | salutis suae[2] | d. d.

Ostiae rep. in thermis (Eph. ep. 7, 1194 viderunt Huelsen et Mau). — 1) *De decuriis scribarum coloniae Ostiensis, altera librariorum, altera cerariorum, v. infra inter inscriptiones municipales.* — 2) Isi restitutri. *dedicatus est t. Tarracinensis Eph. ep. 8, 632.*

4370 Isidi Lydiae | educatrici | valvas cum | Anubi et ara, | Mucianus Aug. | lib., proc.

Romae (VI 30919 = Bull. comunal. 1889 p. 37 viderunt Huelsen et Gatti).

4371 Anubi | Aug. sac. | Lutatia | Tyche | v. s. l. m.

Aquileiae rep. (V 8210 Mommsen vidit ectypum). — *Ad Anubim pertinet etiam titulus male descriptus VI 97 = 3673.*

4372 Isidi | sign. Harpocratis | C. Didius | Acutianus | don. ded.

Patavii, nunc Catai (V 2796 vidit Mommsen).

4373 Isidi Bubas[*ti*][1] | Vener. arg. p. IS[2], | cor. aur. p. ⊐⊐⊐ III[3], | cor. anal.[4] p. ⊐ ⊐⊐ ′ V/III[5], | Caltil. Diodora | Bubastiaca[6] | testamento | dedit.

Ostiae rep., deinde Romae (XIV 21 p. 481 vidi). — 1) *De dea Bubasti Herod. 2, 138. 156 cet.; Drexler myth. Beiträge I 128 seq. Bubastus vel Bubastis oppidum Isidi sacrum vel in eius honorem aedificatum (Diod. 1, 27, 4; t. in insula Io rep., ap. Kaibel ep. Gr. p. XXI), ipsa Isis Βούβαστος videtur dici in hymno Isiaco ap. Kaibel l. c. 1028 v. 3. In elencho rerum sacrarum Nemorensi infra N. 4423 Bubastus vocabulum videtur significare partem fani Isiaci. De sacerdotibus Bubastiacis vide not. 6. Dies festi τὰ μικρὰ Βουβάστια καὶ τὰ μεγάλα Βουβάστια memorantur in inscriptione Canopi rep., ap. M. L. Strack die Dynastie der Ptolemaeer p. 227 v. 38.* — 2) *Venerem argenteam pondo unius et dimidii.* — 3) *Coronam auream pondo unciarum trium scriptulorum trium.* — 4) *Coronam analempsiacam (cf. N. 4423; Mommsen Herm. vol. 6 p. 10; Dilthey Jahrbb. des Vereins von Alterthumsfreunden im Rheinlande vol. 53/54, 1873 p. 5 not. 1).* — 5) *Pondo (unciarum) quinque scriptulorum octo.* — 6) *Alia Bubastiaca est CIL. VI 3880; cf. praeterea infra N. 4407.*

4374 Isidi Aug. | et Bubasti[1] | G. P.[2] Philinus, | Pomponi | Severi | lib., v. s. *(vacca, in cuius latere cernitur luna dimidia).*

Oedenburg, ubi fuit Scarbantia municipium Pannoniae superioris (III 4234 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 4373 not. 1.* — 2) *Pomponius.*

---

archive.org